

tem agnoscentes illi ut decet reuerentiā debi-
tam nō impendim⁹ neq; ad pmissam nobis
ab eo hereditatē celestis regni pcuramus ac-
cedere. Ad quā nos ipse pducatur q̄ est benedi-
ctus in secula seculorū Amen.

Sermo tercius de incarnatōe iesu xp̄i in
quo declarat summa liberalitas dei p̄ris et
tps incarnatōis cōueniens.

A ubi venit ple-
nitudo temporis misit de⁹ filiū
suū factū ex muliere factū sub le-
ge ut eos q̄ sub lege erāt redime-
ret ut adoptionē filiorū reciperemus. Docto-
ris gentium verba sunt ista origināliter ad
Gala. iij. ca. Descendit de celo in vterū vir-
ginis deus dei filius ut hoīem perditū redi-
meret atq; reduceret ad regna celoz. Post la-
psum siquidē primoz parentū humanū ge-
nus p longissimā tempoz spacia sub diuina
indignatōe pmāsit. Dēs eramus filij ire nec
dabat cuiq; aditus ad paradysum. Trhebā-
tur p̄res ad limbū: ibiq; habitabant in tene-
bris. nō valētes attingere ad lumē desiderabi-
le visionis diuine. Dēs iusti erant in luctu
et mundus totus paucissimis dūtaxat exce-
ptis: idolis deditus post principē tenebrarū
currebat. Tandē recordatus deus q̄ pulvis
sumus: misertus est figmēti sui. Et ira depo-
sita apuit fontē pietatis sue. misitq; filiū suū
dilectū qui verus deus et homo: malis oībo
finē dedit. Tū vero nos deceat tanti benefi-
cij memores esse. ne ppter ingratitudinē im-
pii apud altissimū inueniamur. Idcirco in
hoc sermone de incarnatōe iesu xp̄i loqui in-
cipiemus. de qua dixit ap̄ls paulus verba in
thematē posita. ubi tria mysteria erunt decla-
randa.

Primū dicit charitatis.

Secundum tarditatis.

Terciū temporalitatis.

De varijs opinionib; circa incarnationē
christi. si homo nō peccasset.

Capitulum primum.

Primū mysteriū declarandū dicitur
charitatis. In quo deuote cōsideran-
dum est q̄s ardētissima fuit erga nos
charitas dei patris q̄ p nobis peccatoribus
filiū suū carnē assumere et crucē fecit subire.
Sed p spiritali nō quidē curioso ingenij
nr̄i exercitio circa dubiū illud aliquātis per
insudabimus quo q̄ri solet. An si nō peccas-
set adā christus fuisset incarnat⁹. Et de hoc
apud theologos p̄tissimos duplex extat opi-
nio. Prima eoz qui tenent q̄ si nūq; adā la-

psus esset adhuc deus homo factus fuisset.
ut dicit Bonauē. in. iij. di. i. Isti distinguūt
de incarnatōe. Nam cum incarnatio sit car-
nis assumptio. caro assumpta pōt cōsiderari
dupliciter. aut q̄tum ad substantiā aut q̄tum
ad defectū passibilitatis. si fiat sermo de ipsa
q̄tum ad defectū passibilitatis et mortalita-
tis: tūc si nō peccasset homo et redimend⁹ nō
esset xps mortālē carnē nō assumpsisset. Si
vero loquamur de incarnatōe fm q̄ dicit as-
sumptionē humane nature simpliciter. i. si-
ne defectibus et penalitatib; sic volūt isti q̄
si nūq; peccasset homo: adhuc xps fuisset in-
carnatus. Assumunt autē huius opinionis
cōfirmationē septē p̄suasinas rōnes.

Prima dicit hoīs perfectio.

Secūda humane nature dispositio.

Tercia dei manifestatio.

Quarta humane nature exaltatio.

Quinta meriti cōparatio.

Sexta matrimonij significatio.

Septima aīe christi nobilis cōditio.

Prima rō cōfirmans opinionē prefatā dicit
hoīs pfectio. Incarnatio quippe facit ad ho-
minis pfectionē. et p cōsequens ad pfectionē
vniuersi in hoc q̄ cōpletionē dat humano
generi. Primo q̄tum ad illud qd̄ respicit na-
turā. Secundo quantū ad illud qd̄ respicit
gratiā. Terciū q̄tum ad illud qd̄ respicit glo-
riam. Primo q̄tum ad illud qd̄ respicit na-
turā. q̄ i incarnatōe est sūmmatio modorū
educendi hoīem in esse. Quadruplex nanq;
modus est educēdi hoīem in esse. Prim⁹ nec
de viro nec de muliere sicut fuit adā. Secun-
dus de viro sine muliere: sicut eua. Tercius
de viro muliere: sicut educimur oēs. Quar-
tus de muliere sine viro: sicut educ⁹ est chri-
stus. Sed hic quartus est in incarnatōe. et
go si homo stitisset incarnatio fuisset. aut si
nō: tūc vnus modus pductōis hoīm defice-
ret. et sic vniuersum pfectū nō esset qd̄ est ma-
ximū incōueniēs. Dicit nāq; Aug⁹. in li. de
libero arbitrio. q̄ vniuersū h; tantā pfectio-
nē q̄ nemo p̄t in eo imperfectū aliqd̄ rōnabi-
liter inuenire: nec rōnabiliter aliqd̄ addere.

Secūda incarnatio facit ad pfectionē ho-
minis q̄tum ad illud qd̄ respicit gratiā. Nam
xps est caput ecclesie nō solū fm diuinā natu-
rā. s; etiā fm humanā sicut dicit Aug⁹. sup
Johem. Sed si hō nō peccasset adhuc esset
corp⁹ ecclesie. aut ḡ dei filius incarnaret. aut
corp⁹ eccl̄ie remaneret acephalū sine capite.

Tercio incarnatio facit ad pfectionē hoīs
quantū ad illud qd̄ respicit gloriā. Ut enim
inquit Aug⁹. li. de spiritu et aīa. totū homi-

nem assumpsit totū beatificaret. vt siue in-
tus ingrederet siue extra egrederet pascua in-
ueniret. Sed homo debebat totus beatifica-
ri. et ita plene si nō fuisset lapsus sicut postq̃
cecidit. Ergo si adhuc nō peccasset xps fuis-
set incarnatus. **S**ecunda rō p̃dicta opi-
nionē dicit humane nature dispositio. **D**i-
cit enī glosa sup illo verbo ad **Hebre.** **A**us-
q̃ apprehēdit angelos nō angelice nature da-
ta est et dignitas vt ei p̃sona diuina vniretur.
Si ergo humane nature nihil dat frustra.
Si nō peccasset talis dignitas nō remaneret
vacua: sed adhuc vniret cum diuina natura.
Tercia ratio dicit dei manifestatio. **N**am
ita decebat deū manifestare suā potentia: sa-
pientia et bonitate: si homo stetit sicut si
lapsus esset. ergo si oīa ista facta sunt in ope
incarnatōis videt q̃ incarnatio adhuc fuis-
set. etiā p̃ctō hoīs nō interueniente. **Q**uar-
ta rō est humane nature exaltatio. **I**n incar-
natione siquidē filij dei humana natura est
plurimū exaltata. **S**i ergo deus incarnat ex
hoc q̃ humana natura peccat videt q̃ homo
reporat cōmodū de malicia sua. qd nō decet
iustū retributorē. **Q**uinta ratio dicit meri-
ti cōparatio. **T**ante vtq̃ nobilitatis et diffi-
cultatis est mereri et vendicare siue acquire-
re sibi infinitū bonū. sicut satisfacere p̃ offen-
sa q̃ est cōtra infinitū bonū. **S**i ergo homo
nō poterat satisfacere p̃ se de offensa q̃ offen-
derat deum. sic nec p̃ se p̃t mereri habere de-
um. ergo sicut oportunū fuit filiū dei in-
carnari homine cadente vt p̃ hoīe satisfacere-
ret. sic videt q̃ oportunū fuit dei filiū incar-
nari hoīe stante vt hoc mereri possit per eū.
Sexta rō dicit matrimonij significatio.
Si equidē homo lapsus non fuisset: nihilo-
minus fuisset sacramentū matrimonij. **S**i
vero sacramentū matrimonij in iunctione
seruū dicit siue significat cōiunctionē xpi et
ecclesie quantū ad naturarū vnionē p̃pter in-
separabilitatē. **U**nde aplūs ad **Ephe.** v. ait.
Sacramentū hoc magnū est. **E**go autē dico
in xpo et in ecclesia. ergo si homo stetit aut
sacramentū matrimonij esset falsum signū:
aut dei filiū fuisset incarnatus. **S**eptima
ratio dicit aīe christi nobilis cōditio. **S**i in-
carnatio facta est principaliter p̃pter peccati
expiationē sequeretur q̃ aīa christi facta sit nō
principali intentione: sed quadā quasi occa-
sione. **S**ed incōueniens est nobilissimā crea-
turā occasionaliter esse introductā cū agens
intēdat principaliter opa nobilioza. **I**gitur
videtur q̃ incōueniens sit dicere incarnatio-
nem factā esse p̃pter hoīs reparationē. **P**redi-

ctis itaq̃ rōnibz muniti affirmēt pleriq̃. q̃ si
nō peccasset adā adhuc xps carnē assumere
nō refugisset. **S**ed aliorū secunda opinio est.
q̃ si nō fuisset peccatū hoīs. neq̃ fuisset aliq̃
pacto incarnatio subsequuta. **E**t isti quidē rō-
nes p̃ alia p̃te siue opinione p̃ductas primo
soluere et nil illas valere cōtendunt. **D**einde
seipos muniunt viriliter et defendūt tam rō-
nibus catholicis q̃ auctoritatibz fidedignis.
Dicit ergo q̃ prima rō debilissima est. q̃ dū
dicit q̃ deū cōueniebat incarnari. p̃pter perfe-
ctionem vniuersi quoda mmō deū intra p̃fe-
ctionē vniuersi cōcludit. et quadā necessita-
tem incarnatōis imponit ei. qd cōtra mentē
phi qui. xi. methaphi. ait. q̃ deus supra oēm
ordinē vniuersi ponēdus est. sicut nō dicitur
esse dux de exercitu s̃z supra exercitū. **E**t ad
illud qd dicit de multiplici mō educendi ho-
minē. **R**ūdetur q̃ ille quartus modus educē-
di hominē nō est de p̃fectione vniuersi: s̃z su-
pra p̃fectionē. **I**deo **Iere.** xxxi. ca. dicit. **N**o-
uum fecit dñs sup terrā femina circundabit
virū. ex quo nō sequit. q̃ si homo stetit q̃
talis modus p̃ducēdi hoīem esset: nec ex hoc
sequit q̃ vniuersum sua p̃fectione careret.
Sicut etiā nō p̃t argui imp̃fectio vniuersi
q̃ntū ad suscitationē mortui quā de⁹ nō fecit
set si homo p̃stitisset. **P**osset etiā dici q̃ de il-
lo mō p̃ductōis nō p̃t argui veritas incarna-
tionis. q̃ de⁹ posset p̃ducere hoīem de mulie-
re absq̃ viro q̃ tñ nō esset deus. **A**d aliud ve-
ro qd sequebat in p̃fata rōe q̃ incarnatio fa-
cit ad p̃fectionē hoīs q̃ntū ad illud qd respic-
cit gratiā ex quo xps est caput ecclesie fm hu-
manā naturā. **R**ūdet q̃ duplex est p̃prietas
capitis. **U**na q̃ attendit fm cōformitatē ad
mēbra. **A**lia q̃ attendit fm gratuitā donorū
influentiā. **R**ōne prime p̃prietatis xps est ca-
put ecclesie inquantū homo. **R**ōne vero se-
cunde caput est inq̃ntū deus. **E**t hac rōne p̃-
ncipaliter tenet rōem capitis. **I**deo esto q̃ in-
carnatus nō esset adhuc ecclesia capite nō ca-
reret. q̃ sicut ecclesia angelorū h̃z caput deū:
ita ecclesia hoīm. quare nō sequit q̃ corp⁹ ec-
clesie esset acephalū. q̃uis nō haberet caput
fm oēm p̃prietatē. **D**e illo vero qd dicit q̃ in-
carnatio facit ad p̃fectionē hoīs q̃ntū ad glō-
riā. **R**ūdet q̃ illa nō est rō p̃cipua incarnati-
onis sed annexa p̃ncipali. p̃ eo q̃ si nūq̃ de⁹
incarnatus esset. homo glorificatōne corpo-
ris sui et visione dei p̃fecte et totaliter beatus
esset. **V**isio enim xpi corporalis spectat nō
ad essentialē cōpletionē beatitudinis sed ad
quoddā accidētale gaudiū. **N**am glōria cor-
poris et sensuū exteriorū erit p̃ redundantia

delectationis venientis ab anima ex visione dei. ut dicit **Aug.** in epla ad dioscor. Un multū derogare videt summo bono. qui dicit ipm nō sufficere absq; bono creato sibi adiuncto ad hoīem pfecte beatificandū. **S**ecunda rō soluit. qz illa idoneitas et congruitas data humane nature ad incarnationē attenditur ex pte reparabilitatis hoīs principiā paliter q̄uis rōne dignitatis et aliarū conditionum aliq̄ mō attendat. **I**deo sicut homo nō fuisset reparat⁹ si nō cecidisset q̄uis esset reparabilis deitā nō esset vnitus q̄uis esset vnibilis. Nec tñ frustra fuisset illa potentia qz multe sunt potentie et idoneitates que ad actū nō reducunt et tñ frustra nō sunt qz dignitati et nobilitati nature attestant. Nec dicat⁹ potētia frustra si nō reducat⁹ ad actū sed tunc frustra est cū ad actū nō reducat⁹ et tñ ad actū erigit eā reduci tps et locus. **T**ercia ratio frivola censet⁹ ex eo qz deus sufficienter mani festavit suā potentiā sapientiā et bonitatem p opus creationis rerū distinctōis et ordinatus. licet istā manifestaverit in ope incarnationis dñi ppter hoīs lapsum decuit xpm carnē assumere. **Q**uarta adhuc rō inficit qz licet p xpm incarnatū sit exaltata humana natura nō tñ sequit⁹ qz homo ex hoc reportet comodū de malitia sua. qz incarnatio nō fuit ex malitia hoīs sed ex summa benignitate et sapientiā dei. Quia enī sapientiā dei vincit maliciā. **H**inc est qz nō patit⁹ esse malū aliq̄ de quo nō eliciat bonū et etiā maius bonū. Alioquin nō pfecte maliciā vinceret. **P**ropterea cōtra pvaricationē ade qui totū gen⁹ humanū interfecit statuit rectitudinē secundū ade qui p toto genere humano posset satisfaccere. **E**t cuius obediētia multo plus sibi placeret q̄ inobediētia ade potuit sibi displicere. **Q**uare filiū dei incarnatū nō fecit nostra malicia sed dei charitas nimia et misericordia. **Q**uinta rō nihil cōcludit qm̄ nō eodē mō se habent meritū vite eterne et satisfactio pro offensa. **N**ā ad meritū vite eterne sufficit cōplacencia ex pte merentis. ad hanc aut cōplacenciā sufficit diuina gratia. **E**t qz gratiā diuinā poterat homo habere p missionē spirit⁹ sancti et filij in mēte absq; filij missione in carnem. **H**inc est qz ad pfectionē meritū vite eterne nō oportuit incarnationē interuenire. **A**d satisfaciendū autē nō solū requirit⁹ qz satisfactio placeat sed qz damnū recōpensare valeat. et honorē deo sublatum restituat. **E**t ideo nō tāta fuit necessitas incarnationis ppter necessitatē merendi sicut ppter necessitatē satisfaciendi. **E**t qz istud sit verū p̄z in angelis

quorū natura nō est vnita verbo et tñ meruerunt vitā eternā. **I**nsup esto qz tante difficultatis sit mereri vitā eternā sicut satisfaccere pro offensa. tñ nō oportet qz ppter hoc necessaria sit incarnatio xpi p eo qz spūs sanctus ipse qz p charitatē mouet aīam dignā eā facit gloria sempiterna. **S**ed ad satisfaciendū necessaria est incarnatio. qz ut aiunt oēs theologi. **C**ōgruentissimus modus satisfaciendi fuit per mortē et passionē xpi. sicut cōgruentissimus est ad merendū per charitatem et dilectionē. **S**exta rō ad hoc nō p̄t militare qz matrimoniū duplicē habet significatiōē. significat enī cōiunctionē dei ad ecclesiā p̄m charitatem. **E**t significat etiā cōiunctionē naturarū i p̄sone vnitate. dictaq; significatiōē habet p̄m statū nature lapsē. primā vero habuisset si sterisset homo. **E**t ideo nō esset falsum signū. sicut enī matrimoniū nūc est in officiū et in remediū tunc autē solū in officiū sic mō habet duplex significatū tunc vero vnū. **S**eptima insup ratio nō admittit nec acceptat qm̄ de⁹ ab eterno p̄sciuit lapsum humani generis qd tñ fecit qz se reparaturū cognouit. **E**t ideo principalius in intentione fuit reparatio lapsi q̄ cōditio eius ad lapsum possibilis. **E**t p̄pterea nō sequit⁹ qz aīa xpi facta sit quadā occasione et nō principali intentione. hoc enī teneret si deus in cōditione generis humani nō p̄cognouisset hoīs lapsum. **E**x quibz oībus qui tenet qz nō fuisset incarnatus xps si nō peccasset adā asserūt qz opinio ista eorū magis deū honorat q̄ prima qz deū intra pfectionē vniuersi includit. hoc vero supra oēm ordinē vniuersi ponit illū. **D**e quo vide **Bonauē.** in. ij. di. xv. q. iij. in littera. **I**nsup fortificat eorū sententiā tali rōne. **S**i deus assumpsit humanā naturā. **A**ut hoc fuit ppter humanā dignitatē. **A**ut ppter necessitatē. **S**i ppter dignitatē cū angelica natura sit dignior q̄ humana magis debuit assumere angelicā. **S**i ppter necessitatē et necessitas indigētē nō sit nisi ppter peccatū. ergo videt⁹ qz p̄cipua rō incarnationis fuit redemptionis humani generis lapsi. **A**ccedit ad hoc ad firmiorē cōfirmationē qz oēs doctores famosi celeberrimi ita exp̄sse tenet et loquunt. **U**n sup illo verbo **Matth.** xviij. ca. **V**enit filius hoīs q̄rere et saluū facere qd perierat. **Aug.** in li. de verbis apli sic dicit. **S**i homo nō peccasset fili⁹ hoīs nō venisset. **E**t iterū sup illo dicto apli. i. ad thi. i. c. **C**hris⁹ iesus venit in hūc mundū saluos facere peccatores. **Aug.** ait. **N**ulla causa fuit veniendi christo dño nisi peccatores saluos facere.

Tolle morbos tolle vulnera et nulla erit cura medicina. Et super illo verbo **Bat. i.** Ipse enim saluum faciet populum suum a peccatis eorum. **Aug.** refert. si homo non peccasset virgo non peperisset. Et idem super illo verbo psalmi. Infixus sum in limo profundi. utinam maneret homo in eo quod deus fecit. Si maneret in eo quod deus fecit non in limo infixus esset quem deus genuit. Et iterum **Aug.** super illo verbo **Joh. xi. ca.** Domine ecce quem amas infirmatur. Si peccatores dominus non amaret ad terram de celo non descendisset. Et ad idem est dictum **Gregorij** in hymno. Exultat iam angelica. ubi ait. Nihil enim nobis nasci profuit nisi redimi profuisset. Et **Leo** papa in sermone de humanitate inquit. Si homo ad imaginem et similitudinem factus in suo honore mansisset creator mundi creatura non fieret neque semper ternus temporalitate subiret. aut equalis deo patri dei filius forma servi assumeret. Et ne ulterius fatigant animi auditorum cum vtriusque opinio stare possit. Ego dico quod si non peccasset homo: quid fuisset nobis revelatum non est. Sufficere nobis debet quod christus factus est nobis ut peccatum generis humani deleteret: hic dirigenda est contemplatio nostra hoc pie ad mentem reuocanda. Consideremus ergo quanta fuit admiranda charitas dei patris qui pro filio suo non pepercit sed pro nobis omnibus tradidit illum. De hoc sic scribit **Joh. viii. ca.** Sic deus dilexit mundum ut filium suum unigenitum daret ut omnis qui credit in illum non pereat sed habeat vitam eternam. Quod **Hieronymus** admirans in epistola ad Damasum papam inquit. Que maius potest esse clementia quam ut dei filius: filius hominis putaretur decem mensium fastidia sustineret. partus expectaret aduentum. per singulas adoleret etates. et post contumelias vocum alapas et flagella crucisque pro nobis fieret maledictum ut nos a maledicto legis absolueret. Et **Gregorius** reclamando sic patrem eternum alloquitur. Inextimabilis dilectio charitatis. ut servum redimeres filium tradidisti. Et merito quod libet in stupore verti debet cum audit deum carne vestitum passibilem et humiliatum usque ad formam servi. non propter suam sed propter nostram indigentiam ut nobis pereuntibus ferret opem.

Quod tempus incarnationis christi merito dicitur tempus plenitudinis respectu dei: respectu angelorum: et respectu hominum.

Capitulum secundum.

Secundum mysterium declarandum de incarnatione christi dicitur tarditas.

tis. In quo fideliter confitemur christum rationabiliter distulisse tempus incarnationis usque ad sextam etatem mundi. Quare autem non ante voluerit incarnari dixi in quodam sermone de annunciatione virginis. qui licet alibi sit notatus tamen per huius operis perfectionem etiam in hoc libro scribitur. Nunc vero aperit dum est cur tempus illud quo deus homo factus est ab apostolo tempus plenitudinis appellatur. Et ad hoc respondet dominus Bonaventura. in. iij. dist. i. in declaratione littere quod sic dicitur. Primo respectu dei. quod in incarnatione est facta plena participatio divinitatis. Unde ad **Colos. ij. ca.** dicit apostolus. In christo habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter. Secundo dicitur tempus plenitudinis. respectu angelorum: quod per christum reparata est angelorum ruina. Ideo david in ps. cix. ait. Iudicabit in nationibus implebit ruinas. Tercio dicitur tempus plenitudinis respectu hominum. Tum quod plene a culpa liberat. tum quod plene est de veritate necessaria edoctus. tum quod plena gratia diffusa est in credentes. Unde dicitur **Joh. i. ca.** quod Johannes baptista testimonium perhibens de christo ait. De plenitudine eius accepimus omnes et gratiam per gratiam. quod lex per moysen data est: gratia et veritas per iesum christum facta est.

Qualiter accipiendum sit medium temporis in quo christus incarnatus est.

Capitulum tertium.

Tercium mysterium declarandum de incarnatione christi dicitur temporalitatis. Et in hoc investigandum est. An christus incarnatus sit in medio temporis. Et quidam arbitrantur quod sic. propter verba **Abacuc** prophete dicentis. ca. iij. Domine audiui auditionem tuam et timui. Domine opus tuum in medio annorum vivifica illud. In medio annorum notum facies. Cum iratus fueris misericordie recordaberis. Que verba ut dicitur in argumento in **Abacuc** intelligunt de christo. Et quibus id videtur affirmari quod deus homo factus est in medio temporis. At et alij contrarium sentiunt tenentes quod christus in ultimis temporibus visibiliter deus et homo mundo apparuit. Nam **Aug.** super. iij. c. **Johis** inquit de christo. Iste ipse est caro pro nobis assumpta. Qui enim ubique est quo ita nisi quod ad nos non veniret si forma visibilis carnis non assumeret. Ideo fatigatus erat ab itinere. quid est aliud quam fatigatus in carne. Quare ergo hora sexta. quod etate seculi sexta. Computa tanquam unam horam. Unam etatem ab adam usque ad noe. Secundam a noe usque ad abraham. Terciam ab abraham usque ad david. Quartam.

ad dauid vsqz ad transmigrationē babylonis.
Quinta vsqz ad baptismū iohānis. Sexta
 vsqz ad cōsummationē seculi. hec ille. **C**ōstat
 aut q̄ sexta etas in q̄ xps venit nō est in me-
 dio t̄pis cum sit vltima. ergo magna restat in
 hoc pplexitas quā ammouendā puto ne i du-
 bio animus in cōtemptū cadat scripturarū
 sanctarū. Et p̄pterea dicere possum q̄ medi-
 um sumit dupliciter. s. stricte et punctaliter
 p̄ eo t̄pe qd̄ equaliter distat ab extremis. scz
 principio et fine t̄pis. Et accipit large p̄ eo
 scz qd̄ est inter illa extrema verba. itaqz **A**ba
 cūc mediū t̄pis designāt. **H**oc mō secundo
 q̄ si stricte vellemus intelligere tūc nobis ef-
 fer certitudinaliter cognita hora iudicij qd̄
 in fine temporū et cōsummatione seculi fiet
 cōtra id qd̄ saluator noster dixit **M**arc. xij.
 et **M**at. xxij. c. **D**e die aut illa et hora nemo
 scit. **Q**uod qd̄ **A**ug. li. xviij. de ciuitate dei di-
 cit. **F**rustra annos q̄ remanēt huic seculo cō-
 putare ac diffinire conamur. cū hoc nō eē no-
 strum ex ore veritatis audiuim⁹. **S**ufficiat
 igit nobis agnoscere q̄ incarnat⁹ est xps in-
 ter p̄ncipiū et finē t̄pis qd̄ est mediū valde la-
 tum nō aut in extremitatibz in p̄ncipio. s. et
 fine. **D**e annis vero q̄ fluxerūt a p̄ncipio mū-
 di vsqz ad incarnationē xpi varia est opinio.
Nā s̄m **B**eda fuerūt anni quinqz milia cen-
 tū nonagintanoue. **A**lij vero cōputāt ānos
 tria milia nongētos sexaginta. **N**on t̄m p̄pter
 hoc cuiqz durū videri debet. cū difficillimū
 credā puncta licere posse seruari memoriā an-
 norū in rebz gestis. **D**ebem⁹ itaqz nos omni
 curiositate deposita redemptori nostro gr̄as
 quas possumus dicere. qz nō expectam⁹ am-
 pli⁹ cum in carnē venturū qui iam venit et
 viā fecit oibz vt facile saluari possum⁹ ape-
 ruitqz ianuam regni celozum ad quod nos
 ip̄e perducatur qui viuit et regnat in secula se-
 culozum.

Sermo quartus in quo tractat⁹ de incar-
 natione dñi nostri iesu xpi a cuius explicita
 fide iam nullus excludit.

In hoc apparuit
 charitas dei in nobis qm̄ filiū su-
 um vnigenitū misit de⁹ in mun-
 dum vt viuam⁹ p̄ eū. **V**erba sunt **I**oh̄is pri-
 me sue canonice ca. iij. **R**efugit quorundaz
 anim⁹ deū icarnatū audire q̄ blasphemā ar-
 bitrantur qd̄ nos ad laudem creatoris nostri
 accedere cōfitemur. **T**unc quidem illum be-
 nedicimus cum stabili fide credimus eum
 pro nobis hominē factū. **U**t autē cōfundan-
 tur increduli et mens bonozū in ip̄a veritate

letetur in hoc sermone de incarnatione **I**esu
 xpi benedicti verba faciem⁹. de qua locutus
 est **I**ohānes i verbis in themate positus vbi
 tria mysteria occurrūt cōsideranda.

Primū dicitur possibilitatis.

Secundum necessitatis.

Tercium credulitatis.

Qualiter fuit possibile deum carnem assu-
 mere.

Capitulum primum.

Primū mysteriū cōsiderandū dicitur
 possibilitatis. in quo ostendemus q̄
 deū incarnari fuit possibile. Et hoc
 s̄m tho. iij. pte. q. i. triplici rōne.

Primo rōne omnipotentie.

Secundo rōne excedentie.

Tercio rōne conuenientie.

Primo ostendit impossibilitas incarna-
 tionis rōne oīpotentie. **N**am cū deus sit oī-
 potens p̄t omne illud q̄ nec cōtradictionem
 includit nec aliquē defectū i deo ponit. iuxta
 verbū angeli ad virgine beatissimā **L**uce. i.
 dicētis. **N**ō erit impossibile apud deū omne
 verbū. **S**ed deum humanā naturā assu-
 mere nec cōtradictionem includit. nec aliquem
 defectum in deo ponit. quod patet. quia diuī
 na natura vniri humane in vnitatē p̄sone nō
 est aliud q̄ diuinā personā que ab eterno fu-
 it hypostasis respectu diuine nature: esse hy-
 postasim respectu humane nature in tempo-
 re. hoc aut nō dicit aliquā imperfectionē sed
 potius dignitatē et nobilitatē. **S**icut enī cū
 de⁹ sit bonus ab eterno in nullo fit derogatio
 bonitati sue dñi ē causa bonitatis creature in
 t̄pe. q̄uis bonitas creata lōge sit inferior bo-
 nitate increata. **S**ic cū p̄sona filij dei sit hy-
 postasis intelligibilis intellectualis et spiri-
 tualis et increata ab eterno. in nullo derogat
 ei si fit hypostasis rōnal nature create in t̄pe
 Et quemadmodū deus de nō creante fit cre-
 ans in actu absqz aliq̄ sui mutatōe. sed soluz
 facta mutatōe et p̄te nature create. **S**ic p̄so-
 na filij dei q̄ nō erat hypostasis humane na-
 ture in actu absqz aliq̄ sui mutatōe vel inno-
 uatione facta est hypostasis ip̄ius sola muta-
 tione facta ex p̄te assumpte nature. **H**inc leo
 papa in sermone ait. **I**n vtrazqz eius natura
 idem est dei filius. nostra suscipiens et p̄pria
 nō amittens. in hoīe hominē renouās in se
 incōmutabilis pseuerans. **D**eitas enim que
 illi cū patre cōmunis est nullū detrimentū
 oīpotentie subiit nec dei formā serui forma
 violauit: qz summa et sempiterna essentia q̄
 se ad humani generis inclinauit salutē. **N**os
 quidē in suā gloriā transtulit. sed qd̄ erat esse
 nō desijt. **S**ecundo ostenditur possibilitas